8.

234-58 1

N 183

Rodes —

1514

Transumpto del Testament del Magnifich Fran.^ch^ Andreu en drets Doctor

Hoc Est Exemplum Bene et fideliter Bar^ne^= sumptum
a quodam publico et autentico Testamento in Membraneo exarato Manu
que publici notarij subscripto, et subsignato non viciato non Cancellato,
nech in aliquo ipsius parte suspecto sed omni prorsus vitio, et suspitione
Carens thenoris hujusmodi= Cum prudentis consilij sit dum quis
sanus mente, et corpore existit de rebus suis et bonis disponere cum clarum
sit humanas creaturas esse Morituras, et nihil incertius hora mortis.
Idcirco In Dei nomine Ego franciscus Andree Miles legum
Doctor hoc Meum facio, condo et ordino Testamentum manu mea propria
scriptum in et eam quo casso, revoco et anullo omnia testamenta, et codicillos,
et donationes causa Mortis per me facta factas, aut factos in posse quor=
rumvis notariorum existant sive sint testamenta solemniter, et in scriptis
cum septem sigillis, aut signis signata, aut sigillata, sive nuncupativa, aut
alias quocumque nomine, aut vocabulo nominari possint, quoniam omnia
illa casso, et revoco, et pro non factis haberi volo, sive sint Testamenta
sive sint Codicilli sive donationes Causa mortis generales sive speciales aut
particulares de aliquibus particularibus, aut generalibus rebus meis. Et
in primis comendo animam meam altissimo creatori [illegible] Omnipotenti Deo
et in Manibus domini nostri Jesuchristi qui eam in ara Crucis suo pretio=
so Sanguine Redemit, et eligo cadaveri meo sepulturam in Cementerio sancti
Francisci Ville Perpiniani in Capella sancti Gauderici et S. Amatoris in
illo loco in quo cadavera colendissimorum Genitorum meorum sepulta sunt, in=
super eligo, facio, et ordino meos Manumissores et hujus mei testamenti
Executores Mag^cos^ dominum Jacobum Calba in Civitate Bar^ne^=

3

domiciliatum, et Mag.cum Petrum de Darnius domicellos et dominam

Margaritam Uxorem meam quibus dono plenum posse, et potestatem hanc

Meam Voluntatem et dispositionem testamentariam exequendi, et Vendendi

de bonis meis Mobilibus aut inmobilibus pro Complenda mea Voluntate

et dispositione circa animam meam per me scripta, et ordinata, et circa

exequias et funeraria necessaria, et si omnes tres in simul Convenire

non poterint duobus ex ipsis inter quos volo sit et interveniat uxor mea

et lego dictis Magnifico Jacobo Calba, Mag.co Petro de Darnius

pro onere dictæ Manumissoriæ cuilibet ipsorum decem libras, et

gramaliam et Capucium panni luctus et accepio pro anima mea saluanda

et volo, jubeo, ordino, atque Mando quod die obitus mei celebrentur

in ecclesia sancti Francisci in qua Cadauer meum sepultum erit ultra

Missam altam triginta missæ de Requiem et dicto die ultra dictas Mis=

sas quas iubeo celebrari in Ecclesia sancti Francisci predicto die obitus

mei Volo in qualibet ecclesia parrochiali Villæ Perpiniani celebrentur

decem missæ baxas de Requiem pro anima mea saluanda, videlicet

in ecclesia sancti Joannis decem missæ in Ecclesia Beatæ Mariæ

Regali aliæ decem missæ, In ecclesia sancti Jacobi aliæ decem

Missæ in Ecclesia sancti Mathei aliæ decem missæ et etiam Volo et

ordino pro dicto die obitus mei celebrent. in Monesterio sancti Au=

gustini quinque Missæ et in Monesterio sancti Dominici quinque missæ

et in Monesterio de Monte Carmeli aliæ quinque missæ et etiam

ordino q. quolibet die nouennæ in dicta capella in qua sepultum erit

Cadauer meum celebrentur duæ missæ baxas de Requiem cum absolta, et ob=

latione panis, et vini et luminis, et in ultima die nouennæ celebrentur

tot missæ in illis ecclesiis, et locis q. et quantæ fuit, ordinatum et dictum

superius in die obitus mei, et tot tantæ Missæ volo, Mando, et

Jubeo celebrari in die Capitis anni quod ordinatum fuit in die obitus
mei, et in illis ecclesijs pro ut superius est dictum = Caetera uero circa ob-
lationes panis, et uini, et elemosinas particulares, et septem salmos, et
alia circa exequias, et funeraria mea, et insignia dimitto, et relinquo
arbitrio, amori, et uoluntati dictorum meorum Manumissorum de quibus
Multum confido = Item lego uxori meae quamdiu Caste et honeste
et pudice et uidualiter, et sine uiro uixerit, et nomen meum tenuerit et non
aliter, nec ultra usum fructum bonorum meorum Mobilium et Inmobi-
lium, et uini, et habitationem domorum mearum quamdiu uidualem Castam et
honestam uitam seruauerit; Volo tamen prohibeo, atque ueto quod dicta
Uxor mea non possit aliquid Vendere, inpignorare nec alienare de
bonis meis; uolo etiam, Mando, et ordino quod uxore mea uita finita
Dictus usufructus reuertatur heredi meo Infrascripto siue sint fructus
pendentes siue reconditi in domibus meis die obitus sui, qui existent
dicto die in esse quoniam de perca percepti, uenditis fructibus durante
uita sua illos ut supra dictum est uolo sint dictae uxoris meae; Volo tamen
quod dicta uxor mea quamdiu uixerit faciat celebrare quolibet die
una Missam de requiem cum absolutione bassa, et oblatione panis et uini,
et luminis ad iuditium cognitione dicta oblatio pro anima mea saluanda
animam suam et conscientiam suam onerando, et ipsam ad hoc grauando, et
obligando et conscientias Manumissorum meorum ad ea stringendam
onerando; In omnibus uero bonis meis mobilibus et inmobilibus
presentibus et futuris facio, et ordino heredem meum uniuersalem Galcerandum
Calba filium Mag.ci Misser Jacobi Calba; Volo tamen Jubeo
Ordino atque Mando quod dictus Galcerandus habeat assumere

Arma mea, et Cognomen de Vilardello, seq. Volens, et se nominari
et Cognominari faciat Galcerandus de Vilardello, quoniam Colendis=
sima Mater mea erat filia Mag.ci Guillermi de Vilardello q. domi=
celli et ob mortem filiorum masculorum dictum cognomen euanuit in
Cathalonia, et ego cum sim illius nepos, sive nec volo cognomen illius de
Vilardello in principatu Cathaloniæ resuscitare: Volo, Mando,
et Jubeo dictus heres meus dictum cognomen accipiat, et dicto cognomi=
ne se faciat se nominare, et arma mea assumat, quod si non fecerit ipsum
exheredo, et pro non scripto haberi volo et in d.o casu propinquiores
meos ex genere materno heredes meos universales instituo, et hæc est
mea Voluntas, quam volo valere jure Testamenti, aut Codicillorum vel
alterius Ultimæ Voluntatis quæ magis de jure aut de facto valere possit.
Rogans testes Infrascriptos quatenus sint mihi testes de omnibus, et singu=
lis supradictis. Actum fuit hoc Testamentum et laudatum Perpini=
ani, et testes subscripti fuerunt vocati, et per dictum Testatorem rogati octava
die Mensis sexi Nouembris anno a Natiuitate Domini Mil=
lesimo quingentesimo quarto decimo; presentibus pro testibus vocatis
et per dictum Testatorem Rogatis Michaele Capdevilla pa=
ratore Michaele Roma Causidico Petro Cerda boterio, Joan=
ne Jaubert, Anthonio Moat, Petro fabre, Francisco Casellas scrip=
toribus omnibus habitatoribus dictæ Villæ Perpiniani, et me Joan=
ne Mas notario publico Infrascripto qui prædictum Testamentum
recepi Requisitus vocatus et Rogatus = Sig+num mei Bartho=
lomei Pontellas de Perpiniano auctoritate Regia notarii publici,
qui prædictum Testamentum per dictum D. Joanne Mas q.o

GOBIERNO DE ARAGÓN

eadem Auctoritate notarius publicus dicte Ville, qui ut predicitur
recepta scribi feci, et ex licentia inde mihi concessa, clausi cum rasis
et correctis in lineis vigesima, et vigesima quarta, ex hiis, trigesi-
ma secunda Materno.